



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 184. Dissidia inter Sigismundum Austriæ Ducem, & Cusanum
Cardinalem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A.C. 1456.

prima Maji anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto dederat, gratias agit, quod Rex permiserit, decimam in subsidium exercitus contra Turcas in Regno suo exigi.

§. CLXXXIV.

Dissidia inter Sigismundum Austriæ Ducem, & Cusanum Cardinalem.

Dupin. Bibl.
Script. to. 12
in 4to.

Dupinus ad hunc annum revocat initia contentionis, quæ inter Sigismundum Austriæ Ducem Tyrolis Comitem, & Cusanum Cardinalem ob jurisdictionis exercitium in Brixientem Dioecesim huic Cardinali interdictum exorta fuit; nihilominus hanc litem jamjam ineunte hoc anno exarsisse affirmamus, cum Ducem a Nicolao V, qui mense Martio obiit, in jus vocatum sciamus. Erat autem hæc simultatum origo. Vacabat Episcopatus Brixientis in Comitatu Tyrolensi, unde Ecclesiæ Cathedralis Canonici Episcopum crearunt Leonardum Wismaierum Sigismundi Tyrolis Comitis Cancellarium. Hunc Nicolaus Pontifex confirmare detrectans, biennio post Cardinalem de Cusa in ejus locum substituit. Sigismundus nulla Cardinalitiæ dignitatis, nulla etiam Sedis Apostolicæ habita ratione Cusanum per satellites suos vi abductum arctæ

arctæ custodiæ mandat. Hinc turbæ, Sæcul. XV.
 cædiumque pericula exorta, & graviora A C. 1456.
 indies instabant; sed ipsiusmet Cardina-
 lis modestia, ac Friderici Imperatoris o-
 pera tempestive perniciofa hæc diffidia
 sedabat.

§. CLXXXV.

*Mediolanensium Dux & Alphonsus
 plene sibi conciliati.*

Venerat in Italiam Joannes Calabriæ
 Dux filius natu major Renati Ande-
 gavenfis, quem Galli Siciliæ Regem vul-
 go appellabant. Verum ubi Alphonsus
 Arragonum Rex non modo Joannem re-
 diisse, sed eundem quoque clandestinis
 consiliis adversa moliri comperit, satius
 fore judicabat, si pacem cum Sfortia
 Mediolanensium Duce antehac sancitam
 ratam haberet, ac arctiore amicitiae vin-
 culo eidem conciliaretur, quamvis hu-
 cusque illi semper infensus, apertas jam
 cum eo similtates gessisset. Hæc ipsa con-
 cordia magis sincera, atque perfecta cre-
 debatur, utpote duplici nuptiarum fœ-
 dere utrinque oblato firmata; nam Hyp-
 polita Maria Ducis Mediolanensis Filia
 Alphonso Ferdinandi, qui Regis Arrago-
 niæ Nothus erat, Filio primogenito de-
 sponsabatur, Eleonora vero ejusdem Fer-
 dinandi Filia sponsalia fecit cum Ma-
 ria Sfortiæ Ducis Filio. Nihilominus
 nuptia-